Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense, guilelmitanum - Cod. St. Blasien 16

[Südwestdeutschland], [um 1424 - 1426]

Cantica der dritten Nokturn

urn:nbn:de:bsz:31-48804

sue. Primor salutis et sciencie timor
domini ipse est thesaurus eius. Ecce
videntes clamabunt foris angeli
pacis amare flebant. Dissipa-
te sunt vie cessavit transiens per
semitam irritum factum est pactum proiecit
civitates non reputavit homines.
Luxit et elanguit terra confusus
est libanus et absorduit. Et factus
est saron sicut desertum et concussa
est basan et carmelus. Nunc consur-
gam dicit dominus nunc exaltabor et
nunc sublimabor. Item alia
Audite qui longe estis que fecerim
et cognoscite vicini fortitudinem for-
titudinem meam. Conterriti sunt in syon
peccatores possedit tremor ypocri-
tas. Quis poterit habitare de vobis
cum igne devorante aut quis habitabit
ex vobis cum ardoribus sempiternis. Qui
ambulat in iusticia et loquitur veritatem
qui proicit avariciam ex calumpnia et ex-
cutit manus suas ab omni munere.
Qui obdurat aures suas ne
audiat sanguinem et claudit oculos
suos ne videat malum. Iste in ex-
celsis habitabit munimenta saxorum
sublimitas eius panis ei datus

est aque eius fideles sunt. Re-
gem in decore suo videbunt oculi
eius cernent terram de longe. Cor
tuum meditabitur timorem. Alia
Miserere domine plebi. Item alia
Miserere domine plebi tue super quam invocatum
est nomen tuum et israhel quem coequa-
sti primogenito tuo. Miserere
civitati sanctificacionis tue ierusalem
civitati requiei tue. Reple syon
inenarrabilibus verbis tuis et gloria tua
populum tuum. Da testimonio
his qui ab inicio creature tue sunt
et suscita predicaciones quas
locuti sunt in nomine tuo prophe-
te priores. Da mercedem domine
sustinentibus te ut prophete tui
fideles inveniantur et exaudi
oracionem servorum tuorum. Secundum
benedictionem aaron da populo
tuo et dirige nos in viam
iusticie. Ut sciant omnes qui
habitant terram quia tu es
deus conspector seculorum. In nat. domini
Populus gentium et in purificacione
qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam. Habi-
tantibus in regione umbre

ta est eis Multiplicasti gen
tem non magnificasti leticiam
Letabuntur coram te sicut qui letantur
in messe sicut exultant victores
capta preda quando dividunt spolia
Iugum enim oneris eius et virgam
humeri eius superasti sicut in die
madian Quia omnis preda
cum tumultu et vestimentum mixtum
mortuum sanguine erit in combu
stione et cibus ignis Parvulus
enim natus est nobis et filius datus
est nobis Et factus est principa
tus super humerum eius et vocabitur
nomen eius admirabilis consiliarius
Deus fortis pater futuri seculi princeps
pacis Multiplicabitur eius imperium et
pacis non erit finis Super solium
david et super regnum eius sedebit
ut confirmet illud et corroboret in
iudicio et iusticia Amodo et usque
in sempiternum zelus domini exercituum fa
ciet hoc Gloria patri Ite alia ant.
Letare ierusalem et diem festum agi
te omnes qui diligitis eam Gaude
te gaudio magno omnes qui lugebatis
super eam ut sugatis a lacte et saciemini
ab uberibus consolacionis eius Et ut

emulsi fuerit a lacte consolemini
ab introitu glorie eius Quia hec
dicit dominus ecce ego declinabo in
eos ut flumen pacis et ut tor
rens inundans gloriam gencium Par
vuli in humeris portabuntur et super
genua consolabuntur Quomodo ad
modum mater consolatur filios suos
ita et ego consolabor vos et in
ierusalem consolabimini Et videbitis
et gaudebitis et letabitur cor
vestrum et ossa vestra sicut herba
germinabunt et comminabitur qui
maculabitur Ecce dominus ut ignis
veniet et ut tempestas quadrige
eius reddere indignacione iram et
vastacionem et flamma ignis In
igne enim zeli domini devorabitur
omnis terra et in gladio suo omnis
caro Ite alia ant.
Urbs fortitudinis nostre Syon
salvator ponetur in ea mu
rus et antemurale Aperite portas
et ingrediatur gens iusta custo
diens veritatem Vetus error
abijt servabis pacem pacem quia
in te speravimus Sperate in
domino in seculis eternis in domino deo
forti in perpetuum O[...]ca in [illegible]

habitauerat in excelso ciuitatem
sublimem humiliauit. Humi-
liabit eam usque ad terram detrahet
eam usque ad puluerem. Conculca-
bit eam pes pauperis gressus egenorum.
Semita iusti recta est rectus callis
iusti ad ambulandum. Et in semita
iudiciorum tuorum domine sustinuimus te
nomen tuum et memoriale tuum in de-
siderio anime. Anima mea desiderauit
te in nocte sed et spiritu meo in precordiis
meis de mane vigilabo ad te. Cum
feceris iudicia tua in terra iusticiam
discent habitatores orbis. Misereamur
impio et non discet facere iusticiam
in terra sanctorum iniqua gessit et non vi-
debit gloriam domini. Domine exaltetur
manus tua et non videant videant
et confundantur zelantes populi et ig-
nis hostes tuos deuoret. Domine
dabis pacem nobis omnia enim opera
nostra operatus es nobis. Gloria patri.
Quis est Iudic. sto pasce
iste qui venit de Edom tinc-
tis vestibus de Bosra. Iste formosus
in stola sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Ego qui loquor
iusticiam et propugnator sum ad saluandum.
Quare ergo rubrum est indu-
mentum tuum et vestimenta tua sic-
ut calcantium in torculari. Torcu-
lar calcaui solus et de gentibus
non est vir mecum. Calcaui eos
in furore meo et conculcaui eos
in ira mea. Et aspersus est sanguis
eorum super vestimenta mea
et omnia indumenta mea inquinaui.
Dies enim vltionis in corde
meo annus retributionis mee
venit. Circumspexi et non erat
auxiliator quesiui et non fuit qui
adiuuaret. Et saluauit me
brachium meum et indignatio
mea ipsa auxiliata est mihi.
Venite et reuertamur Ps alia
ad dominum quia ipse cepit et
sanabit nos percutiet et cu-
rabit nos. Viuificabit nos
post duos dies in die tercia
suscitabit nos et viuemus in
conspectu eius sciemus sequemurque
ut cognoscamus dominum.
Quasi diluculum preparatus est
egressus eius et veniet nobis
quasi ymber temporaneus et
serotinus terre. Quid faciam